



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

De Libro Esther.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

stitutæ occurrat in Ebraeorum libris memoria, tempore potuit abrogari, ut saepe fit. Græcanicæ vero locutiones, *λέγει μήτε*, & *νίσταντος* adventitiæ sunt, & ab Interpretibus prodierunt, qui tum optime interpretandi munere functi sunt, cum nativum quid & *ἐντοφεῖς* ac vernaculum, non peregrinum sapit ipsorum oratio. Exempla majoris licentia occurrunt apud Interpretes Scripturæ. In librum Jobi Interpretes Septuaginta & Vulgatus, Pleiadis, Hyadum, Orionis, Arcturi, & Amaltheæ nomina intruserunt. Capite vicefimo sexto Proverbiorum Ebraicum כְּרָנְכָה, quod acer- Prov. 26. 8. vum lapidum sonat Aben Ezram, reddit Hieronymus, *acerum Mercurii*. Alexandria nomen prefert Vulgata Jeremiæ, Ezechielis, & Nahumi editio, pro Ebraico οὐ, cum longo post hos Prophetas tempore Alexandria condita sit. *Quis* fanus inde colligat hos Auctores Ebraeos Græcorum scripta legisse? Vides ergo quam levibus argumentis sua Libro huic derogetur veritas & antiquitas; atque eo levioribus, quo faciliter exoticis & sacris historiis conciliari potest. Merito itaque opinionem eam, quæ Judithæ historiam confert in Assamonæorum ætatem, refellit, ut dixi, R. Azarias, hoc præcipue argumento, quod Chaldaico sermone conscripta sit.

VII. Qui post solutam Captivitatem, Judithæ casus incidisse volunt, eo potissimum id approbare student, quod legitur capite quinto Græca interpretationis: *οὐ ταῦτα γεμινεῖν.* Secundum argumentum. τὸ θεοῦ αὐτῶν ἐγκύρως εἰς ἑδαφος, quo Templi excidium significari volunt. Notasent vero aliud esse, *Ἄριδες* εἰς ἑδαφος, aliud *κατεβάλλεται* εἰς ἑδαφος, aut *κατεβαλλεῖται* εἰς ἑδαφος, ut rectè observatum est à Serario: hoc enim sonat, *in solum disbarbi & disjici, solo Serat, in Ju-* Judith. 5. 22. *aquari: illud vero est, conculari & pedibus proteri, ut solum proteri solet.* Itaque cum *dith. 2. Quæst.* Manasses captus est ab Assyris, verisimile est impianum gentem referatis Templi foribus in id penetrasse, atque ultro citroque nulla habita loci reverentia cursitasse, & profanis pedibus loca sancta haud fecus quam publicum solum proculcassæ. Ita intellexit Syrus Interpres qui Græca expressit.

VIII. Recudi quoque potest adversus Libri hujus antiquitatem argumentum illud, quo librum Tobiae supra vidimus oppugnatum; locum videlicet in Canone fuisse habiturum, si Synagogæ magnæ & Esdræ temporibus superior fuisset. At eadem ute- Tertium argumentum. mur responsione quam supra adhibimus, quo tempore compositus est Canon, res Judaicas in tantis fuisse positas angustiis, nondum cincta mœnibus Urbe, urgentibus undique adversariis, ut nondum popularium suorum scriptiones omnes, quæ in eum recipi mererentur, Esdras compilare potuerit, ac proinde quæ semel seclusæ fuissent à Canone, in eum non fuisse ab Ebrais deinceps admissas, postquam clausus ac circumscriptus est.

IX. Nihili vero facimus argumentum, quod adversus libri Judith, ac libri etiam Quartum argumentum. Tobiae dignitatem & auctoritatem ex Josephi silentio ducitur: nam & Jobi historiam & Berthlemitarum infantium cædem, aliaque prætermisit; & exiguum esse infitiales argumentum vim scitur est. Deinde vix alia retulisse Josephum videmus, quam quæ habebantur in libris Canonicis. Nam quamvis paucula quedam de suo alicubi asperferit, fecit id tamen præter institutum: profitetur quippe in Proemio Archæologiae se eam ex literis Ebraicis translaturum. Clarius etiam in libro decimo: *καὶ τὸ ιερὸν οὐτισμὸν τοῦ θεοῦ στραγγίσαντες πάντα τοὺς θεοὺς τοῦ θεοῦ στραγγίσαντες, οὐ μεμορέθους ποφαλισμένων,* libri. 10. cap. 11. *μόνον τοις μεταφερόμενοι τοῖς εἰσεχίσαντος βίβλοις εἴπον εἰς τοὺς ἔλληνας γλώσσας, καὶ ταῦτα ἀντασθεῖσας πάντα τοὺς στραγγίσαντες ἀπό τοῦ ιεροῦ, μητέ αφεύγειν ὑπεριώδες.* *Initio enim historiæ hujus respondi tis qui in rebus à me declaratis desiderabunt quippiam, vel expostulabunt, me Ebraicorum solum Libros Graecos redditurum professus, promittere futurum ut in rebus exponendis nihil addam de meo vel derraham.* Ebraeorum libros dicit, qui in Canone habebantur; in quem recepti non fuerant libri Tobiae & Judith, qui cæteroquin nec Ebraice scripti erant.

DE LIBRO ESTHER.

I. Disputatur de Auctore libri Esther. Varie opiniones proponuntur. II. Opus esse videtur Synagogæ magna. III. Probatur ejus *γενετή* & antiquitas; deque Græca illius interpretatione disputatur. IV. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum, in quo disputatur de sex postremis libri Esther capitibus. V. Secundum argumentum.

I. **Q**uo ad librum Esther attinet, et si habitus est in Ebraeorum Canone, Disputatur de Auctore nihil tamen minus dubius est ipsius Auctor ac superiorum. Esdræ ad-

PROPOSITIO IV.

libri Esther. scribunt Epiphanius, Augustinus, & Isidorus. Eusebius Esdra recentiorem putat.
Variae opinio- Pseudo-Philo, sive Jeddæus, quem repræsentavit R. Azarias in Lumine oculorum,
nies proponun- Joachimum summum Ebræorum Pontificem, Iosuæ filium, ejus qui Josedecum patrem
tur.

Epiph. de pond.
& mens. cap. 4.
August. De Ci-
vit. Oct. libr. 18.
cap. 36.

Isidor. Orig.
libr. 6. cap. 2.
Euseb. Chron.
libr. 2.

Danielis libros elaboravit, idque post reparatum à Juda Machabæo Templi cultum;

excerptum fuisse ex altero libro, qui Esther nomine inscribatur, & cuius

mentio extat ad calcem noni capituli libri hujus de quo agimus, quemque jam olim

intercidisse ait: quippe secundi Templi perinde ut primi temporibus viros fuisse, qui

bus curæ erat res gentis sua literis prodere. Quæ ut temere, & nulla ratione confi-
cta, jure à nobis exploduntur. Magnum vero recentiorum Interpretum, & aliquot

etiam Ebræorum agmen pro Mardochæo pugnat; Aben Ezra in his, & Abrâhamus

Clem. Alex. Hispanus, qui Sapientis cognomen reportavit. Quibus omnibus præit Clemens Ale-
xandrinus. Nititur ea sententia his verbis libri Esther: *Scriptis itaque Mardochæus om-*

nia hac, & literis comprehensa misit ad Judeos. Et mox: *Suscepseruntque Judei in solennem*

ritum cuncta que eo tempore facere ceperant, & que Mardochæus literis facienda mandaverat.

Tum deinde: *Et cuncta que gesta sunt, epistola, id est Libri hujus volumine continentur.*

Item hoc altero: *Sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit.* Serarius vero Mar-
dochæum & Esther operas suas simul ad libelli hujus scriptiōnēm contulisse colligit

ex his Septuaginta Interpretationi verbis, quæ extant nono capite: *καὶ ἔγραψεν ἐδίπ n*

βασιλεὺς Ιωακεὶμ, καὶ μερισθεῖτο ὁ ιουδαῖος, ἀποικίαις. Et scripserunt Esther re-
gina, Amanadabi filia, & Mardochæus Judeus, que fecerunt. Quibus & hac quoque pos-
tuit addere, quæ caput idem claudunt in Vulgata editione, & quibus narrantur Ju-
dæi, quæ ad se scripserant Esther & Mardochæus, observanda suscepisse, & omnia qua

Libri hujus, qui vocatur Esther, historia continentur: quasi id sibi velit, Librum hunc,

de nomine Estheræ dictum, illud ipsum esse quod ad Judeos à Mardochæo & Estheræ

scriptum est.

II. Mihi vero Thalmudistarum imprimis probatur sententia, qui Babæ Batræ

primo capite foetum hunc esse decernunt Synagogæ magnæ. Idem censuerunt & Ma-
gistris complures alii ex eodem grege. Hac sententia superiores omnes fere conti-
nentur sententia, tum eorum qui Edram, quique Mardochæum auctorem agnoscent;

tum & eorum qui Joachimum, quippe qui Synagogæ interesse potuit, ut pote Jofua

Pontificis filius. His quidem temporibus recentiori neutiquam esse Librum censeo,

quem constat fuisse in Ebræorum Canone. Atqui hunc Canonem Artaxerxe Longi-

mano & Esdra posteriorem non esse diserte docet Josephus. Mardochæum, vel Est-
her, vel utrumque, scripsisse opus hoc quod extat minime sane probant testimonia

illa superius adducta. Nam quomodo in ipso hoc Libro narrare potuisset Mardochæus

se Librum scripsisse, ad Judeos misisse, hunc ipsos suscepisse, & quæcumque eo man-
dabantur peregrissi? Librum scriptum ante esse oportuit, quam mitteretur ad Judeos,

ab iis susciperetur, & tradita in eo præcepta observarentur; multo etiam magis ante

quam missio illa, ac suscepito, atque observatio scriberentur. Atqui scripta ea sunt

in Libro hoc quæ habemus. Ex quo plane efficitur Librum, seu Epistola Mardochæi

ante scriptam esse, quam hic quæ usurpamus Liber scriberetur. Cum autem ad

Judeos missa esset Epistola hæc, tanta rei gestæ historiam, tam insignem divini

favoris testificationem, quodque caput est, festi diei solenni & anniversario ritu ce-
lebrandi sanctionem continens, dubitare profecto minime licet, quin accuratam rei

narrationem in literas retulerint, vel ob id maxime ut festi Phurim diei origo polte-
ris innoteſceret. Hanc enim præcipuum ac primariam perfribendi Libri cauſam fuisse

opinor. Ac si quis attendat ad nonum caput, ac initium decimi quod opus clau-
debat, id profecto Scriptori unice propositum comperiet, solennum illorum cauſam, ceremonias, & sanctionem explicare. Hoc autem Synagogæ magnæ munus fuit.

Ad hæc suader ratio magnæ Epistolæ Mardochæi, vel alterius quæ à Mardochæo

& Esther scripta est partem, ac fortasse totam, Synagogæ magnæ proceres, pro

sua adversum illos reverentia, in librum quem lucubrabant inseruisse; aliquibus dun-
taxat ad historiæ concinnationem adjectis. Mirari ergo subit unde tanta Anabaptistas

ac Lutheranos nonnullos vœsania incœlerit, ut commentariam historiam hanc ac fi-
cticiam esse arbitrarentur. Nam cum solemnia Phurim observalle tamdiu Judeos pa-
teat ex Machabaico secundo & Codice Theodosiano, eaque dicta sint dies Phurim

five Sortium, & Amanea, & Mardochæica; quis homo non plane certus aut vœcors

opinari possit ex figmento, aut ut Lutherani quidam loquuntur, ex Tragicomœdia,

religionem festi hujus diei & anniversariam celebritatē profluxisse? Dixi dies Phu-

rim fuisse appellatos: Septuaginta habent φεγεῖ, perperam pro φεγεῖ, hoc est, פְּגִזָּה.

PROPOSITIO IV.

178

quod idem est ac פָּרִים Jamdiu est cum codicibus Septuaginta Interpretum mendum hoc inolevit; quippe & Josepho fraudus fuit: sic enim habet: οὐταὶ μὲν Ιουδαῖοι, ταῖς φευγαρδαῖς ἵμεσις ἐπράζοντο, φευγαρδούστης ἀντίς φευγεῖσθαις. Propterea Iudei supra memoratos dies celebrant, Phrureos eos appellantes. Quod ne quis culpa librarii putet evenisse, nomen a φευγεῖσθαι, servire, videtur derivatis; mos enim dixerat: ἔργα γὰρ δὲ μαρδοχαῖος τοῖς Ιουδαῖοις ταῦτα φευγαρδάσθε ταῖς ἵμεσις μελλονταῖς γένεται ταῦτα διεφθάρεται ταῖς ἵμεσις υπὸ αμάρου, θύρας ποιήσῃ εἰ διεφθάρεταις μὲν τὸν κύριον τὸν ἀνταῖς, τοὺς δὲ ἐρχεῖν τημεροπάθεοι, φευγαρδούστης ἀντίς φευγεῖσθαις τῷ θεῷ. Scripterat autem Mardonius ad Iudeos, ut hos dies obserarent: nam cum diebus illis parum absenserent ab interitu, quem ipsis paraverat Aman, recte facturos si periculo liberati, & hostes suos ulti, eos servent Deo gratias agentes. Vides φευγαρδαῖς & φευγεῖσθαι pro φευγεῖσθαι σωματικῶς. Paterer Persicam vocem פָּרִים ignorasse Josephum, si non & Ebraicorum etiam fuisse sat rudit, & gentilium sacrorum Codicum exemplaris securus in Septuaginta Senum interpretatione acquievisset.

platis locutus in Septuaginta Senibus interpretatione acquevit.

III. Porro festum hoc Phurim, quod ex Epistola Phurim originem & institutionem habuit, libri Esther antiquitatem egregie approbat. Libri quippe hujus Epistola Phurim præcipua & maxima pars est, ut qui genuinam hanc esse ostenderit, Libri *γενονται* una ostenderit. Cognoscitur ea quoque ex Ebraeorum Canone, in quo liber Esther locum habuit: Canon autem ille Artaxerxis Longimanū aeo, ut dixi, conditus est. Sed & aliud vetustatis argumentum præ se fert ipse Liber initio undeci. mi capitisi, ubi leguntur ista in editione tum Græca, tum Latina: *Anno quarto, regnabat Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se Sacerdotem & Levitici generis forebat, & Ptolemaeus filius ejus, hanc Epistolam Phurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemei filium in Ierusalem.* Epistola Phurim magna pars est libri Esther, ut jam monui. Ergo Librum hunc Lysimachus magna ex parte Graece interpretatus est, vel Ptolemæo & Cleopatra regnabut, vel paulo etiam prius. Hieronymus vero in Præfatione in hunc Librum, Græcam interpretationem qua usus est, quam esse eam ipsam quæ nunc extat manifestum est, Septuaginta Senibus adscribit, & in Vulgata editione repertam à se significat, hoc est ea quæ *κοινή* appellabatur. Hieronymo quoque vetustior Origenes eosdem interpretationis hujus Autores agnoscit. Quem ergo dicemus Interpretum, Lysimachum, an Senes Septuaginta? Evidem sic existimo, cum bona pars libri Esther constet Epistola Phurim, hanc autem Epistolam interpretatus sit Lysimachus, bona pars libri Esther interpretem habendum esse Lysimachum; Septuaginta vero Senes, ne actum agerent, interpretationem hanc lucubrationi suæ intexuisse, quemadmodum Synagoga magna Epistolam ipsam in Librum infarserat; & ne improviso Lectori fraudi esset diversarum lucubrationum permisio, monitionem hanc adjecisse; illuc autem memoratum Ptolemaeum, Philadelphum esse, cuius anno septimo Libros sacros interpretati sunt Septuaginta Senes, ut habet Ephanius in libro De ponderibus & mensuris: cum ejusdem anno quarto Dositheus & Ptolemaeus filius Epistolam Phurim à Lysimacho conversam attulerint. Cleopatra vero nomen plurimis Ægyptiorum regum uxoribus commune fuit. Magna est interpretationis hujus licentia, exemplar *laciniosis hinc inde verborum finibus trahens*, ut ait Hieronymus; neque illuc Septuaginta Seniorum castitatem in convertendo & fidem Hieron. Præ. reperias: ut vel inde alienum Interpretum possis agnoscere. in Eth. Probatur, ejus genos & antiquitas; deque Greca illius interpretatio- ne dispiciatur. Orig. Epist. ad African. & Tom. z. in Joh.

reperies; ut vel inde alienum Interpretem polis agnotere.

in ita,
R. felluntur
argumenta
Adversario-
rum.
Primum ar-
gumentum,
in quo dispu-
tatur de sex
postremis li-
bris Eusebii ca-
pitibus.
Melit. apud
Euseb. Hist.
Ecccl. libt. 4.
cap. 26.
Athan. in Sy-
copl.
Gregor. Naz.
Carm. de Scri-
pturn.
Grot. Præf. ad
Additam, Eust.
Sive Sacra Biblia

IV. His opponi possunt varia argumenta, quorum præcipuum oritur è sex poste-
rioribus Libri hujus capitibus, quæ in Ebraico exemplari desiderata, in Septuaginta
Interpretum editionibus reperiuntur. Cum enim capita hæc è variis hinc inde locis
excerpta sint, sequi ex eo videtur interpolatum esse Librum, disceptum, & aliqua sui
parte multatum; atque hanc fortassis ob causam à Melitone Asiano, Athanatio, &
Gregorio Nazianzeno è sacro Canone esse expunetum. Alii aliter respondent: Ori-
genes in Epistola ad Africanum hæc in Ebraico exemplari olim habita fuisse, atque
inde demum excidisse probabile esse putat. Grotius composita censet à Proselytis Hel-
lenis προπλούσι & stilum oratorio more exercentibus. Sextus Senensis de promta esse
vult ex diversis Historicis, præcipue vero ex Josepho, in eoque ἀνταξεῖ haberi Epi-
stolas Artaxerxis: quorum postremum aperte falsum est; prius vero adeo incertum,
ut sua inde summisse Josephum longe sit verisimilis. Bellarminus duas concigit fuisse
Libri editiones Ebraicas; priorem breviorem, quæ supereft; posteriorem laxiorem, &
aliquot additamentis auctam, quæ intercederit quidem, sed unde Interpretatio Græ-
ca quæ extat prodierit. Ego vero quoniam Synagoga magna Librum hunc acc-
ptum refero, complures ad eum scribendum animum adiecisse puto; atque inde fa-
ctum, ut diversa ejus extiterint exemplaria; Ebraicum hoc quod habemus; atque
item alterum paulo locupletius, unde Græca quæ usurpamus cum additamentis deri-

PROPOSITIO IV.

libr. 1, & 2.
Bellarm. De
Verb. Dei, libr.
1. cap. 7.
Orig. Tom. 2.
in Joh.

vata fint. Horum autem additamentorum Interpretes esse Senes Septuaginta, ex prisca Auctoribus cognoscimus: velut ex Origene, viro rerum harum confutissimo, cum in Epistola ad Africanum, tum & in Tomis in Johannem; ubi è decimo quarto capite nonnulla proferens, et tñ, inquit, καὶ ποὺς ἐδοκίνεται ἵστη : In libro Esther, qui est juxta Septuaginta. Scimus id & ex Hieronymi minutis Annotationibus, quas capitibus illis inseruit.

Secundum
argumentum.
Esth. 16. 10.

V. Graviter etiam eo pulsamur, quod Aman dicitur esse animo & gente Macedo: unde non sex tantum capita supra memorata vocantur in suspicionem, sed reliqua etiam vocari possunt: cum capite nono in Graeca editione, itidem ut decimo sexto, Aman Macedo appelletur. Macedonum autem nomen obscurum fuit & ignotum, praesertim in Perlide, longe post Artaxerxes Longimanum, quo regnante scriptum hunc Libellum diximus. Mirus est hic etiam Interpretum astus & fluctuatione.

Esth. 9. 24. & In nono capite Ebraica habent אַמָּן: ita & tertio capite. Reclle Hieronymus, De stirpe Agag: ejus nempe Agagi qui fuit rex Amalecitarum: unde Josephus, αμαλκιτης δὲ τὸ Αγάγ: Quamobrem pro ὁ μαλκὸς legendum suspicatur Grotius, αμαλκιτός, ingeniosa quidem, sed audaci, ut ipse fatetur, conjectura, quam nec defendere velit. Nihilo magis ipsi assentiri possum, cum vocem βουζαῖος, qua duodecimo capite Amani tribuitur, & ab Hieronymo redditur, Buges, eamdem esse putat ac βαζᾶος, quo nomine spadones primum, tum & aulicos omnes dictos fuisse affirmat. Hujus autem sententiae neque ullum profert idoneum fidejussorem; neque vero proferre posse pu-

Esth. 3. 1. & 9. 10. Certe tertio capite, atque item nono, vocem אַמָּן reddit similiter Gracus Interpres βουζαῖος, atque in hac voce manifesta cernuntur illius indicia. Itaque probabile est, vel Ebraica alter legisse Graecum Interpretem; vel, quod potius crediderim, cum in eo Ebraica omnia nomina misere luxata & deformata sint, pro βουζαῖος, legendum αἰαζαῖος, quemadmodum & Drusio visum est. Eo me potissimum inclinat Complutensis editio, qua habet αἰαζαῖος. Scio non ita definere solere patronymica nomina: sed quis ab Hellenista accuratam Hellenismi peritiam expectet? Id si sit, mendam illic jam ante Hieronymum inolevisse dicendum est. Sed ad rem. Duxi Lysimachum in Libro hoc Graece convertendo intemperanter luxuriasse. Hunc ergo pro ea quam sibi sumserat libertate facile crediderim pro Agagita, reddidisse Macedonem; nulla habita ratione temporis, quo haec vel facta sunt, vel scripta, sed illius quo ea ipse interpretatus est; cum nempe regnaret Ptolemaeus Philadelphia, ut dixi; vel paulo prius. Hac autem tempestate Periarum animis vehemens insidiebat adversus Macedones odium, vel Regum suorum desiderio, quos divinis profequebantur honoribus, vel pudore subactæ alienis armis florentissima suæ gentis, vel Macedonum impotenter dominantium impatientia. Fortasse & historiæ parum peritus Interpres, cum magna Graecos inter & Persas bella olim gelata, & multisdemum cladiibus accisa penitus Periarum res & contusas à Macedonibus fuisse seirer, Macedones confudit cum Gracis, partem felicer cum toto; (quoniam & extra Graeciam saepe Macedonia censetur) quæ ab his, antiquis quippe Periarum hostibus, jam olim gelata fuerant, novitiis illis adscribens, & Macedonis nomen pro Graeci nomine usurpans. Praesertim cum credibile sit, post debellatos Perias, totam Graecorum gentem, apud peregrinos potissimum, Macedonum, nobilioris videlicet partis, nomine venisse. Itaque cum in hac Lysimachi interpretatione Macedonis nomen occurrat, Graecum intellige. Pro Amalecita autem Macedonem dixit Amanem, ut indignationem augeret, αἴαζεσταῖος, vel certe ἀντορεῖος. Objici solent alia quædam, ad elevandam Libri hujus auctoritatem & fidem: verum quoniam haec jamdiu disputando contrita sunt, ab iis praesertim, qui contra temporis hujus Heterodoxos pro Catholicis partibus decertarunt, frustra in iisdem iterandis responsionibus studium operamque consumerem.

Drus. in Esth.
3. 1.

